

_Lettera_N_0453

Al chierico Giovanni Battista Anfossi

*S. Ignatii apud Lanceum taurinensem, 25 julii 1860

Dilecto filio Anfossi salutem in Domino.

Ut recipiam fratrem tuum domi apud nos per epistolam postulasti. Hic et nunc absolutum responsum dare non possum; sed cum venero ad te disponam quomodo satius in Domino fieri potuerit.

Interim, fili mi, praedica verbum importune et opportune; argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. At cave a magistris, et sunt, qui a verbo Dei auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur; hos evita. Audi constanter verba oris mei et spera in Domino esse futura verba et monita salutis. Ora pro me. Vale.

Sac. Bosco Io.